Entrò nel Ponteficato Gregorio Quartodecimo, mentre che per la longa sede vacante, & per l'vniuersale carestia, c'haueua scorrendo assalito l'Italia, tutti erauamo in bisogno estremo. Con gran liberalità soccorse a' suoi popoli infaticabilmente prouedendo loro, & largamente souuenendoli. Oltra che non poco aiuto ha dato a Parigini, & all'esercito della Lega; ha solleuato di molti balzelli, e datij graui lo stato; allargate l'ispeditioni della camera, & altri officij di Roma; & rimesse non poche limosine annuali che far soleuansi in buon numero in detta città.

XVI.

L'arma antichа è della Città di Fiorenza un Giglio, & il significato del nome di Fiorenza porta seco il fiore, ò il fiorire; però con sì fatto modo di Giglio, e di fiori è accennato Clemente VIII.

ROTA

Vaticiniorũ B. Ioannis Abbatis de Sum. Pont. Rom. incipiens à Martino V.

RVOTA

Delle profetie del B. Giouanni Abbate de Somi Pont. Rom. che comincia da Martino V.



VATICINIA

ex libro

BEATI IOANNIS

ABBATIS,

De Summ. Pontificibus, a Martino Quinto, vsque ad Antichristum.

PRIMVM.

Erigetur columna fortis, & dirimet scismata, tunc erit pax in uniuerso.

II.

Venetus anguis, caput extollet, hic fuga, & gladio disipabit gentem.

III.

Ex uili agro exibit, & exultabit in cõspectu eius, omnis uiuẽs.

IIII.

Bos erit ab occidente, & ostendet uirtutem senectutis suę.

V.

Pietas surget ad impios conuertendum, sed in uia cominuentur uiæ eius.

VI.

Barba extollet supercilia, & adorabitur in claritate noctis.

VII.

De Ruuere mel effluet, & benedicetur nomen eius in secula.

VIII.

Ex ianua sua intrabit innocens in sanctuarium Dei.

IX.

Bellua rubra reuertetur ab occidente, & cornibus disipabit oues.

X.

Ostendet Luna splendorem suum, sed breui tempore extinguetur.

Succe-

XI.

Succedent ſecula gladij, & augebuntur oues eccleſiæ.

XII.

Venit Leo, ſub pelle agni, & deuorabit oues.

XIII.

Diſcordia a longinquo trahet hominem, ſtantem in ſolitudine ſua.

XIIII.

Circundabitur auaritia, excutietur caput, & a profundo ſurget impius.

XV.

Exultabunt flores ſuper terram, & ſemine ſuo defloreſcet eccleſia.

XVI.

De Monte ſurget, qui uocabitur impius; laborabit, & uincet.

XVII.

Lupi parturient ceruum: & pſeudo Chriſti Prophetas diſperdet.

XVIII.

Intrabit uelut draco, ſedebit uelut alter leo immitis in populo.

XIX.

Emittent denuo odorem ſuum lilia, & aurea tempora diu prę-ualebunt.

XX.

Morietur in bello, qui pręparabit uolatum, in perniciem impiorum.

XXI.

Exorietur ab occidente malum, & pſeudo Chriſti excitabuntur.

XXII.

Bos denuò exultabit, & dulci boatu reſonabunt tubę eius.

XXIII.

Succedet bellua urbanorum: & deuorabit paſcua filiorum.

XXIIII.

Ab Aquilone ueniet, intrabit in ſanctuarium, & eccleſia renouabit ſemen ſuum.

XXV.

Explicabit hydra capita decem: & conuellet in Terra Sancta auctorem ſcelerum.

Morien-

XXVI.

Morientur fame populi, cum creabitur pius, qui disperdet, & dabit pauperibus.

XXVII.

Extollet arbor fructus suos, sed bellua occidētis deuorabit eos.

XXVIII.

Exultabit candor abiecti uultus, & cadent facies superborum, ante faciem opprimentis.

XXIX.

Erant signa Solis, & Luna, cum creabitur homo fortis, super omnes Principes: & renouabitur Ecclesiæ vultus. Hoc tempore conculcabitur Antichristus; & in vniuerso fides, & pax altissimi.

DECLARATIONES ROTÆ.

PRIMVM.

Ex Columnensium familia, natus est Martinus V. & eius assumptione in Costantiensi Concilio schisma cessauit trium Pontiff.

II.

Venetus fuit Eugenius Quartus, ac sæpe prœliatus est; multis fuit infestus aduersus quos, exitum res habuerunt, cum animo suo congruentem.

III.

Sordidum natalem habuit Nicolaus Quintus Sarzanæ, & ex egenis parentibus. Ipse verò in Pontificatu, tum probus fuit, cum generosus.

IIII.

E' Catalonia Calixtus Tertius venit, Bouem rubeum in insigne deferens, & iam octogenaria ætate confectus, bella tentauit in Turcas.

V.

Nomen Pij Secundi circunscribitur, qui contra Othomanicos

cos dum parat prælium Romam è Mantua reuertens, Anconæ decedit.

VI.

Donus Barbo, Paulum secundum generat Venetiis.

VII.

Gens Roborea Sixti Quarti est progenies; qui pro Ecclesia magna fecit.

VIII.

E Ianua egreditur Innocentius octauus, & habetur à cunctis innocens.

IX.

Nepos fuit Calixti Alexander VI. ideo vocatur bellua rubea, quia Bouem habuit in insigne: & ab occide venire dicitur, cum fuerit Hispanus, & verè dissipauit cornibus oues, dum potentia multa, multosq. turbauerit.

X.

Luna Piccolhomineorum insigne resplenduit, sed breui tempore, cum non nisi diebus viginti sex Pius Tertius in Petri solio vixerit, ea gente natus.

XI.

Multum Iulius II. pro bonis Ecclesiæ dimicauit, & eius ditionem ab aliis vi occupatam recuperauit, & auxit.

XII.

Deuorabit oues Leo X. quia natus ad perdendam pecuniam videbatur: & pellem habuit agni, dum mitissimus fuerit.

XIII.

Omne aliud in animo Adriani VI. versabatur, præter Pontificatum, cum in Hispania existens inopinatè eligitur, post multam Cardinalium contentionem.

XIIII.

Borbonium Ducem, vocabimus hunc impium, qui Vrbem inuadendo diripuit Pontificem Clementem VII. obsidet, nimis tenacem extimatum.

XV.

Hi flores Lilia sunt Pauli III. qui vt suos ditaret, duabus ciuitatibus Ecclesiam despoliauit.

XVI.

Nō ideo Iulius III. impius dicitur, qua sceleratus esset, at quia non omninò pii nomen sibi conuenit: dum in illo munere non sustinuit, quam de sua prudentia expectationem conci tauit. Iustè præliatus est, ac dignè pro Ecclesia.

XVII

Falsos prophetas ab hoc Pontifice Marcello expulsos fuisse dicemus: si multa, quæ pro moribus componendis iam animo parauerat, contemplati fuerimus.

XVIII.

Quorundam Cardinalium prudentia, Paulus IIII. inauguratus est, quamuis eorum multi, eandem vt consequerentur digni tatem curarunt. Præstanti animo in rebus grauissimis se gessit; vtq. scimus post eius obitum a Romanis, non par uam ignominiam tulit.

XIX.

Quonam modo, prædictio hæc Pio IIII. condeceat, videat di ligens indagator: ego quidem ipsi conuenire, minime vi deo: nisi mentionem Liliorum factam esse velimus affir mare, quia in ordinem purpuratorum patrum lectus fuit.

XX.

Tunc obiit Pius V. cum aduersus Infideles bellum ardebat, & ipse ardenter in eum parabat, vt victoriæ beneficiis vteretur, diuinitus datæ.

XXI. XXII.

Videantur sequentes Annotationes.

XXIII.

Quilibet homo, animal rationis compos dici potest, sed bellua incongruè appellabitur, nisi vocem aliud significantes addi mus. Et cum Vaticinium, enigmaticè sit locutus, discrimi na nequaquā ponere studuit, sat sibi esse arbitratus confusè Pontificemq. Vrbanus VII. ex Vrbe fore demonstrando. Hic statim Pontificio habitu ornatus multa egenis donauit, prouiditq. ut ciuitas sua rebus cunctis affluere t.

XXIIII.

Ad Aquilonem, dum situm animaduertimus Italię, Mediolanū reperimus, hinc Natalitia sua Gregorius XIIII. habuit, & breui

& breui quem gesit Magistratu non pauca operatus est, tum laude, tum commendatione dignissima.

XXV.

Opinor in hydra, draconem Gregorij XIII. insinuari, quem Innocentius IX. semper habuit fautorem, & ad sua gratiosè aspirantem, ac ad se amplificandum vigilantissimum. Cæterum ab illo fienda prænunciat, & dum capita decem affirmat explicanda, de omni modo, & conatu intelligendũ est, quibus multa prudenter perficiet. Numerus enim denarius est vniuersalis, draco est symbolum prudentiæ, caput verò discursus & rationis, in eo namq. viget intellectus.

ADNOTATIONES.

XXI.

Etsi abundè ac pluribus, vnaquęq. harum prędictionum, in Secunda Parte examinari debeant, ibiq. de lectissimis rebus, quæ multis abditæ sunt, ac inuisæ disserendum erit; attamen ne omnino ieiunus earum Lector existat, de ijs quæ Gregorio XIII. & Sixto V. conueniunt, aliqua subinferenda esse voluimus. Non potest prædictio XXI. facilè veritatis locum obtinere, si ad Gregorium eam referimus: nisi velimus intelligere, ipsum Bononiæ fuisse natum, quæ ciuitas ad occidentem, quamuis pœnitus non existat, Sole tamen æquinoctium faciente, illum situm retinet, qui est intra occasum, & austrum. Dum ipsum Malum dicit, ad Serpentis vernationem, seu maius corticem est referẽdum. quia a Sac. scriptura, in malam partem quam sæpissimè adducitur. Vel aiserere possumus, Antiphrasi hic vti, cum symbolum sit serpens, tum prudentiæ, tum vigilantiæ, quas virtutes nomen ipsum Gregorius præsefert. Prophetę falsi, mea sententia fuerunt Germani quidam, dum Archiepiscopus Colonienſis Imperii elector, ab ipso Gregorio olim multis honoribus amplificatus. Caluini errores est am-

plexus. Vnde tumultus inter Alemanos, non parui ponderis, initium sumpserunt, quos ad hanc vsq. diem perseuerare conspicimus.

XXII.

Bouem cogimur dicere Sixto V. consentaneum fore, cum animal sit virium laboris maximi, & a Iudaico populo sacrificijs adhibitum. Hunc Patrem respicit prædictio, corpus enim firmum, & vires habuit validas, animique vigorem. In Magistratu summopere laborauit, cum quęque sic adamussim scire vellet, vt nullam eorum prætermitteret. Boue antiquorum oblationi apto, circunscriptus est Sixtus, qua in re, vitam regularium hominum, dum intelligo, mihi persuadeo rectè sentire; cum ipsi in claustris corpore laborantes, Deo in sacrificio se obtulerunt super obsequij altare. Quod Sixtus benè præstauit, in sodalitio Minorum. Addit Vaticinium; denuò videndum fore Bouem istum, vbi insinuat Pium V. instituti D. Dominici patris mei, qui Sixtum Cardinalitia dignitate ornauit. Mugitus dedit magnos in orbe, cum præclara sit perpetratus, quibus longa compilari posset enarratio.

Hic legenda est declaratio XXVI. Clementis VIII. vt iacet superius in fine declarationum Rotæ B. Iudoci, vbi est XVI.

DICHIARATIONI
DELLA RVOTA.

PRIMO.

Martino V. fu di sangue Colonnese, e per la sua elettione nel concilio di Costanza, mancò la scisma di tre Papi.

II.

Fu Venetiano Eugenio Quarto, & fece gran guerre contrastando con molti, & restando di tutti finalmente vincitore come voleua.

III.

Nacque Nicolò Quinto di parenti vili in Sarzana, & fu molto generoso verso d'ogn'vno, e da bene.

IIII.

Di Catalogna venne Calisto Terzo, portando vn Bue rosso nell'arme sua; & vecchio di ottant'anni, trattò la guerra contra'l Turco.

V.

Allude al nome di Pio Secondo, il quale volendo guerreggiare co'l Turco, morì in Ancona, tornando da Mantoa, per Roma.

VI.

Casa Barbo, Paolo Secondo produce in Venetia.

VII.

Dalla Rouere fu Sisto Quarto, che operò assai cose per la Chiesa.

VIII.

Esce di Genoa Innocentio ottauo, e stimato fu huomo innocente.

IX.

Di Calisto fu nipote Alessandro Sesto, & perciò portando vn Bue nell'arme, chiamasi Bestia rossa, & che viene dall'occidente, essendo egli Spagnuolo, & certo con le corna dissipò le pecore, mentre con la possanza sua, molti & varie cose malmenò.

La Luna

X.

La Luna arme de' Piccolhomini splendette, ma per poco; non hauendo campato Pio Terzo, che fu di quelli, nella degnità Ponteficia più di giorni ventisei.

XI.

Combattè Giulio II. molto, per i beni della Chiesa; di cui aumentò il dominio temporale, occupato da molti per forza.

XII.

Diuorò Leone X. le pecore, perche fu liberalissimo, & prodigo; & hebbe la pelle d'agnello, essendo stato mite, & piaceuole.

XIII.

Era in Spagna Adriano VI. ad altro pensando, che al Papato; & eletto fu dopo molto contrasto de i Cardinali.

XIIII.

L'empio diremo che fusse il Duca di Borbone, che assaltando Roma la sualigiò, assediò Clemente VII. riputato da gli huomini souerchiamente auaro.

XV.

Questi fiori sono i Gigli di Paolo III. che per arricchire i suoi, priuò di due città la Chiesa.

XVI.

Non però è detto empio Giulio III. come che fusse scelerato, ma più tosto non pio, poiche al debito suo non sodisfece, come si credeua. Guerreggiò con causa giusta, e degnamente per la Chiesa.

XVII.

Che scacciati furono i Profeti falsi da Marcello, diremo con verità, se haurem riguardo a quel ch'egli determinato s'era di fare, per la riforma de' costumi.

XVIII.

Con prudenza di certi Cardinali fu eletto Paolo IIII. tra molti competitori, il quale mostrossi coraggioso in assai cose; & poco fu amato da Romani dopo la sua morte, come ogn'vno sà.

XIX.

Come questa predittione a Pio IIII. si conformi, vegghilo il curioso, che io per me non trouo conuenirseli; se però dir non

non vogliamo, che si fa mentione de' Gigli, perche fu Cardinale di Paolo III.

XX.

Morì Pio V. allhora che la guerra contro il Turco era in colmo, & ch'egli con grande ardire si preparaua di seguitar l'impresa, godendo il beneficio della vittoria donataci da Dio.

XXI. XXII.

Vegganſi le ſeguenti Annotationi.

XXIII.

Ogni huomo dir si può animale, con l'aggiunta però di ragioueuole, ma non già assolutamente chiamar si può Bestia, senza qualche termine d'altro significato. Ma parlando il Vaticinio con enimmi, stimò non essere di mestieri a porre queste differenze; & bastato gli è accennare confusamente, che il Pont. (cioè Vrbano VII.) sarà di Roma; ilqual subito assunto, largamente a poueri diede elemosine, & prouidde all'abbondanza di quella sua città.

XXIIII.

Milano nel sito dell'Italia è verso l'Aquilone, quindi è venuto Gregorio XIIII. che molto ha operato degnamente, per quel poco che ha seduto.

XXV.

Parmi accennarsi nell'Idra, il Drago di Gregorio XIII. di cui Innocenzo fu fauoritissimo, & promosso a diuersi honori. Nel resto si pronunciano le cose, ch'egli dee fare, & affermando che dieci capi deuonsi sciogliere, intenderemo i varij modi, co' quali opererà sauiamente. Il numero dieci dice vniuersalità, il Drago è simbolo della prudenza, il capo del discorso, e della ragione, perche in lui stà l'Intelletto.

ANNOTATIONI.

XXI.

Acciò questa predittione verificare si possa di Gregorio, intenderemo ch'ei nacque in Bologna, la qual città se bene, al tutto posta non è all'occidente, almeno tra lui, & il mezo dì, consi

considerando il Sole nell'equinottio, si vede essere situata. Lo chiama, Malum, *la qual parola, noi riferiremo alla scorza del suo serpente, che nella scrittura sacra per il più, è in cattiuo sentimento espresso. Oltra che dir si può, verificarsi questo per antifrasi, essendo il serpe simbolo di prudenza e di vigilanza, cose che vengono anco ritrouate nel nome di Gregorio. I falsi profeti eccitati, sono a mio giuditio stati quei di Colonia, mentre quell'Arciuescouo Elettore dell'Imperio già da esso Gregorio esaltato, douentò seguace di Caluino. Per ilche nato n'è gran disturbo in Lamagna, che ancora non ha fine.*

XXII.

Di Sisto Quinto è necessario a dire, che se gli accomoda il Bue, ilqual'è animale di forza, e di fatica grandissima, & vsato da gli Hebrei, ne i sacrifici loro. Intende la predittione di questo Padre; poscia che robusto fu & massiccio di corpo, d'animo inuitto, & risoluto. Portò gran fatica nel Papato, volendo ei quasi con troppa diligenza riconoscere ogni cosa, & pose le mani ad imprese difficilissime. Fu egli mostrato ancor nel Bue, animale atto a i sacrifici antichi, cosa che mi mostra lo stato religioso, mentre i religiosi, affaticansi ne i chiostri, con la vita attiua, & su l'altare dell'vbidienza, & hanno di se medesimi fatto sacrificio a Dio, com'egli (dice) fece, essendo della religione Francescana. Soggiunge che di nuouo si vedrà questo Bue; hauendo inteso, per il primo Pio Quinto, che pur fu religioso del P. San Domenico, & fece Sisto Cardinale. Diede mugiti grandi sopra la terra, facendo operationi degnissime di longa historia.

XXVI.

... leggere la dichiaratione XXVI. *di Clemente VIII. come ... giace di sopra nel fine delle Dichiarationi della Ruota del Giodocho, doue è la* XVI.

ROTA

P. Ægidij Poloni
Minoritæ
De XXVI.
Pontiff.
Romm.

RVOTA

del P. Egidio Pola.co
et Franceſcano
Sopra li XXVI.
Pontefici di
Roma.



ROTA EXTRACTA

ex Libro antiquiſsimo

F. ÆGIDII E' POLONIA,

ORDINIS S. FRANCISCI.

PRIMVM.

Propinquior Planeta altior fiet maxima prudentia religionem, in maximo apparatu cernit.

II.

Terribilis Bellua mugitum dabit, hilari facie, multa mutabit inopinatè abibit comuni lætitia.

III.

Ex clauſtro fœlix arbor exibit, maxima doctrina, ſed perdura ceruice luſtra videbit.

IIII.

Humilem, ac vilem Liguria pariet, ſed eloquentem ac probum, bonę mentis, ſtatum perturbabit.

V.

Animal mite omnes deuorabit, inani caliditate, ac ſuperbia, a mane Crux ad inferos tendet.

VI.

Et iterum Planta bonæ mentis, indolis cibo, potu perbreui.

VII.

Imperatorum corona flamen Petri obumbrabitur, propugnator acerrimus, mars regnabit, patientur bella, ac ſtrages.

VIII.

Plures arbores Belluam terribilem ornabunt, erit virtus, quies, ſenſus præualebunt quaſi luſtra.

IX.

Diſcordia virum probum vltra montes, euocabit; breuis ſaturæ, morbos mortales incidet.

X.

Et iterum ſigna, ac nomen probi facta peſſima, maxima ſtra-

ges,

ges, quasi subuersio.

XI.

Odores, ac gladius maximę astutiæ, multa dissipabit, Vrbs nupta per lustra.

XII.

Tertius Mons Syon vertetur in obbrobrium; cato prævalebit, non erit quies.

XIII.

Mite, ac pauidum animal imperabit: fides religio, & charitas, breuiter nimis.

XIIII.

Purpurea nix, ex valido claustro exibit, omnia perturbabit, duræ ceruicis in desperationem exibit.

XV.

Doctor Beatus cum flagello dabit Medicinam, multa adornabit, in opere, maximè adipiscendo cernet.

XVI.

Colores dissimiles asperitatem parient, ex sylua veniet ingens perturbatio maximum videbit gaudium.

XVII.

Ex cauernis Draco velox exibit, citò abibit, duræ ceruicis gustabit pessima.

XVIII.

Oritur sol, mundum illuminabit, erit ingens congregatio, maxima mutatio, bonorum recreatio.

XIX.

Ferox animal dulcedinem pariet, multas ærumnas patietur; manus Dei erit cum illo.

XX.

Ceruleus, & glaucus color niger, niger fiet, mortalitas ingens in cœlum.

XXI.

Patua arbor, ac aspera, omnes gentes dicent osanna; sed auaritia mali caput.

XXII.

Sine fele animal pariet bella, strages in ruina; stella matutina iucunditas flagrabit in ore omnium gloria tibi Domine.

XXIII.

Biceps animal erit pax, non quasi pax; lætitia mea in cordibus iubilantium.

XXIIII.

Turris fortitudinis in defensionem piorum longum annum videbit maxima.

XXV.

Roma aspera in maxima liberalitate dicet Alleluia perbreue tempus.

XXVI.

Post hos veniet bellua maxima cornibus armata, sub qua dicent vel vel, & iterum vel.

DECLARATIONES ROTÆ.

PRIMVM.

Lunam terræ viciniorem esse cuncti asserunt, quam multiplicem habent in suo insigne Piccolhominei Senenses, ex quibus Pius Secundus ortum habet. Cumq. eam altiorem fieri dicitur, ipsum ad Pontificatum promoueri metonymia ostenditur, Maxima poluit prudentia penes Imperatorem, cuius a secretis extitit, & in apparatu bellico aduersus Turcam decedit.

II.

Veneta ciuitas, quæ in vexillario stemmate Leonem, animal rugiens portat, Pauli II. fuit patria. Hic aspectu procero supra modum venerabiliq. ac decoro conspiciebatur. Et statim, vbi magistratum supremum inijt multos curiæ officiales exauctorauit. Parum dilectus, ex apoplexia spiritum vltimum efflauit.

III.

Sixtus IIII. D. Francisci assecla, & per totam Italiam doctrina fami-

famigeratiſsimus, arborem Roboream tulit in inſigne. Quæ arbor hic dicitur fœlix, eo forſan, quia in animis quorundam inſedit opinio, aurei ſeculi homines, glandibus pro cibo vſos fuiſſe. Hic ad tria luſtra vixit, pertinacem animum gerens.

IIII.

Genuenſis regio Liguria nuncupata a Ligure Phœtontis Aegyptij filio, qui ibi ſedem ſuam fixit, & dominatus eſt, Genuam, primariam ciuitatem habet; vbi natus eſt Innocentius, nobiliſsimis quidem, at egenis parentibus. Quapropter, iuditio, & prudẽtia, Regum Neapolis obſequio ſe præſtitit, & ab eis, honoribus fuit cumulatus. In ſuo Pontificatu, tumultuosè vixit, & plures Romæ Domicellos infeſtauit, aliosq. ditionis ſuæ conterminos.

V.

Quia Boue in inſigne, vſus eſt Alexander VI. non immeritò eo circunſcribitur. Illud nuncupat mite animal, quoniam inter omnes, quæ illi dantur proprietates, hæc vna eſt. Frontem obliquam, & ſetis plenam, cornua in altum erecta, & alia terribilitatis inditia licet demonſtret, ac portet; nihilo minus, manſuetudine viget, dum ſponte iugo ſe ſubijcit, telluremq. frangendo, nos a labore ſubleuat. Vafritie multa, notatus eſt hic Pontifex; multaq. perperam dum ſui committunt, conniuentibus oculis aſpexit. Quod fuit in cauſa, vt à quoquam inter homines, agere, minime exoptetur.

VI

Iis quæ ſuperius dicta ſunt Pius III. rectè Planta vocatur qui fuit cibi, ac potus breuis, puerilisq. quoniam vt pueri minimè ſunt edaces, ita ipſe non multum cibi abſumpſit ocyus moriens.

VII.

Fuſiſsimè hiſtorici effigiant pugnacem animum Iulij II. quibusvè artibus, eccleſiaſticam ditionem amiſſam recuperauit, armis fortiter præclara gerens. Vmbram Imperatorum,

auxi-

auxilium extitisse credimus Maximiliani primi; vel sollicitudines, ei a Ludouico XII. Gallorum Rege atrociter inflictas.

VIII.

Animalium Rex, Leo constituitur, quo nomine Leonem X. intelligimus qui multi fuit otij, abdicata rerum turbulentium cura. Quamobrem, in eius inauguratione hoc elogium plurib⁹ in locis habebatur, Auctori Pacis. Romæ grauissimarum artium professores vidit, munificentia huius Principis subleuatos; qui vltra decennium vixit, hac dignitate fulgens.

IX.

Post Romani Pontificatus vacationē diuturnam Leone mortuo, a Purpuratis tandem Adrianus Belga Cardinalis, Pontifex Max. est renunciatus; qui cum Hispaniæ viueret, Italia sibi erat inuisa, nedum Roma. Breui suo imperio, inter Principes simultates componere, ecclesiasticam disciplinā corrigere, toto pectore contendit; sed morte præpeditus, homo doctus, religiosus, & probus, moritur.

X.

Quia dum Medicus iuxta præcepta artis curat, sæpius ex infirmitatibus languentem eripit; Bonus meretur dici. Et quoniam, Clemens VII. Medicea sobole natus est, hac prædictione monstratur; eodem enim vocatur nomine: & vnus, pro alio sumitur. Dicit ergo, signa, i. Pilæ, & Nomen Boni, videlicet Medici, iterum (subintelligendum est) videbuntur. Cumq. denuò addit, monet nos esse memores, Leonem X. eiusdem fuisse progeniei. Reliqua in promptu sunt, cum nulli parum sit apertum, quot, quibusvè fluctibus iactatus, carcere detentus, & calamitatibus afflictus, ne dicam obrutus fuerit Clemens, dum munus Pontificium habuit.

XI.

Odores Liliorum hic in Paulo commemorantur, qui ea detulit in suo insigne, prudentia, & mentis acumine præditus.

tus. Calliditate polluit, multa disipauit, dum duas ciuitates ab Ecclesia seperauit. Eum vti sponsum Roma cognouit per lustra, & iure; cum catholicam Ecclesiam, cuius primaria sedes Roma est, sibi Summ. Pontif. desponsauerit, vltra annum xv. vitam suam traduxit; quod fuit tribus lustris viuere.

XII.

Nouem montes, ac terni, insigne faciunt Domus de Monte, & multorum fuit sententia Iulium, non omnia sua facta, cum dignitate consensisse, retulisseq. ad prudentiam, & experientiam, quæ plenisimè in Cardinalatu, primum apud ipsum locum obtinuerunt.

XIII.

Animal de quo verba fiunt Ceruus est, qui homines vti summopere diligit (quod in Secunda Parte ostendemus) timidæ naturæ insuper existit. Marcellus Ceruinus, qui Ceruum huiusmodi intra multas frumenti aristas positum, in vsu habuit, sanctitate præfulsit; & post assumptionem ad Pontificatus fastigium, moritur, nondum vno mense transacto.

XIIII.

In eam sententiam facilè adducor, Paulum IIII. purpuream niuem dici, quia annosissimus erat cum Pont. Romanus fuit renunciatus. E' claustro exiit, quia Religiosorum qui Theatini sunt, vnus ex institutoribus fuerit. Dum aduersus Hispanorum Regem, pugna certauit, Italiam commouit. Nepotum malè actis, mœrore affligitur, & summum diem obit.

XV.

Pius IIII. cum ante Pontificiam dignitatem Io. Angelus vocaretur, non inconcinnè B. Doctoris appellatione dicitur. Ioannes siquidem Apostolus, archana cœli cognouit, & verè Doctor appellari meretur. Dum flagelli mentionem agit, innuit Pium Mediolanensem fore, ob D. Ambrosium Mediolani patronum, pingi solitum cum ferula. Cognomen

men eius Mediceum, inde habetur, cum ipsum daturum Medicinam intelligimus. Multa insuper ornauit, multorumvè animas acquisiuit Deo, media reformatione Concilij.

XVI.

Dissimiles hi colores, sunt crocus, & rubeus, quibus Pij V. insigne gentilium completur. Vel sunt albus, & niger quos inter D. Dominici Fratres olim induit. Hæc Sylua, ipse inquam, Buschi Lombardiæ oppidi natus, asperitatem parturiit, dum Turcæ, ac Nouatoribus restitit, sanctioneque Concilij, vt seruarentur incumbuit. Hæc fuerunt incausa, vt eo viuente lætaremur, & ipsum mortuum defleamus.

XVII.

Qua re Draconis nomen Gregorio XIII. conuenire dicatur, explicatione non eget. Citò prænunciat eum discessurum: non quod, in affectata ætate, non decesserit; sed quia inopinanter. Inuitus grauia sustinuit, cum multifariam & vbi uis gentium, Ecclesia ipso Pontifice, vexationes habuerit, citò exiit, quia primo die conclauis vnanimiter eligitur.

XVIII.

Dum tiara sacra inaugurabatur Sixtus V. expectatione rerum grauissimarum vertit omnium in se oculos, multiq. lætitiæ signa dedere. Magna fecit, quorum multis probi gaudio sunt affecti. Congregatio illa magna, grauisque vicissitudo, apud Gallos reperitur, nisi tamen asserere velimus, eum conuentum fuisse, dum apud Polonos, Rex fuit electus.

XIX.

Leone Vrbanus ostenditur, cum Romæ sit ortus, quæ Vrbs cœlesti Leonis signo, penè tota subiacet, ab eoq. respicitur influxibus. Dulcedinem ipse peperit, cum homines admodum de illius regimine optimè sperabant. Perpessus est ardua, eo breui tempore quo sedit, ob penuriam, exules, &

les, & alia multa laborioſa efficaci ſtudio abſoluenda. Manus Dei, cum illo fuit, dum ſanctè moriendo, ſanctitatis etiam ſuę laudem mundo reliquit.

XX.

Color glaucus, penes Homerum, & Virgilium, ſapientiam iudicat: ceruleus uerò, uel æthereus ab æthere dictus, apud Priſcos, cęleſtis uirtutis ac ſpiritus ætherei fuit ſymbolum, ſicut mœroris niger. Modo, cum glaucum, cęruleumue in nigrum, conuerti dicitur, docemur, ſapientiam, diſcurſus optimos, ſpiritusve, quibus Gregorius, ſe ad cęlum frequenter extollebat, ob continuas infirmitates (quę illius uitam iam terminarunt) in dolore uerti debere. Hoc tempore, numeroſus erit hominum obitus, multiſque decedent, uti experimur in uariis Italiæ partibus, peiora timentes. Ignes in aere, conſpecti ſunt ſcimus in nocte ſanctę Paraſceues.

XXI.

Nucem fore arborem illam ſumus, cuius in præſentiarum fit mentio: quamque gerit in inſigne gentilitio Innocentius IX. Parua nominatur, cum maiorum ſuorum nobilitatem, uel ſtemmata, ipſe non agnoſcat. Eam ſub infert aſperam, quia corticem, folia, & fructus, magis rigidos, quàm lenes producit. Vnde ſui, arborem huiuſmodi ſibi aſſumpſerint, multi ſciunt; cum eius Patres, non Fachinetti, ſed ij à Nuce appellarentur. Cumq. Oſanha gaudium ſignificet, hoc Pontif. in ſolio Petri collocato, à multis dicitur, ut palàm enuncient, quam iucundè iſta uiderint. At ſi communiori ſenſu, illa voce vtimur, petimus, ut præſto ſit, ærumnis proſpicere, quæ hominibus, moleſtè impendent. Reliqua effectus oſtendent, quæ futura dicuntur.

XXII.

Legatur hic etiam declaratio Clementis VIII. eadem quæ in ſuperioribus, vt in Rota B. Iudochi.

RVOTA CAVATA

da vn Libro antichiſsimo

DI F. EGIDIO POLACCO,

DELL'ORDINE DI S. FRANCESCO.

PRIMO.

Il più vicino Pianeta, ſi farà più alto; con grandiſsima prudenza la religione in grandiſsimo apparato vederà.

II.

La terribile Beſtia darà vn mugito con allegra faccia; muterà molte coſe inopinatamente, & ſe n'andrà con commune allegrezza.

III.

Dal Clauſtro vſcirà fuori con grandiſsima dottrina il felice albero; ma con dura ceruice vedrà gli anni.

IIII.

La Riuiera di Genoua partorirà vn'humile, & vn vile; ma eloquente e da bene; & lo ſtato di buona mente perturbarà.

V.

Vn'animal piaceuole diuorerà tutti con vna vuota aſtutia, e la ſuperbia dalla mattina, e la croce all'inferno diſtenderà.

VI.

E di nuouo la pianta della buona mente co'l cibo dell'ingegno, & breue beuanda.

VII.

Con la corona de gli Imperadori il fiato di Pietro ſarà ombrato, difenſor fortiſsimo: Regnerà Marte; & ſi patiranno guerre, e ſtragi.

VIII.

Più alberi orneranno la terribil fiera; ſarà virtù, quiete, & i ſenſi preualeranno quaſi luſtri, & anni.

IX.

La diſcordia chiamerà di là da i monti vn'huomo da bene di breue

breue statura, e le mortali malatie tagliarà.

X.

E di nuouo li segni, & il nome del buono fatti pessimi, grandissima strage del capo, quasi souuersione.

XI.

Gli odori, & il coltello di grandissima astutia dissiparà molte cose. Roma sarà maritata per lustri.

XII.

Il terzo monte di Sion sarà voltato in vergogna; la carne prealerà, e non sarà riposo.

XIII.

Il mansueto, e spauroso animale comandarà; la fede, religione, & carità sarà troppo breue.

XIIII.

La purpurea neue dal valido claustro uscirà, perturbarà ogni cosa, & uscirà in disperatione della dura ceruice.

XV.

Il Dottor beato co'l flagello darà la medicina, molte cose adornerà nell'opra, massimamente acquistando vederà.

XVI.

Gli dissimili colori partoriranno asprezza; dalla selua venirà vna grandissima perturbatione; vedrà grandiss. allegrezza.

XVII.

Dalle cauerni il veloce dragone uscirà fuori, presto si partirà, di dura ceruice gusterà le pessime cose.

XVIII.

Nasce il Sole, illuminerà il mondo; sarà vna grandissima congregatione, grandissima mutatione, ricreatione de' buoni.

XIX.

Il feroce animale partorirà dolcezza, patirà molte tribolationi; la mano di Dio sarà con esso lui.

XX.

Il ceruleo, e mischio colore nero, sarà fatto nero, grandissima mortalità nel cielo.

XXI.

Vn picciolo albero, & aspro; tutte le genti diranno, Osanna, ma l'auaritia capo del male.

XXII.

L'animale senza fele parturirà le guerre, stragi in rouina con la stella mattutina la dolcezza si sentirà nella bocca di tutti. La Gloria à te Signore.

XXIII.

L'animal delle due teste sarà pace, non quasi pace l'allegrezza mia nelli cuori de gli giubilanti.

XXIIII.

La Torre della fortezza nella difesa de' pij vedrà lungo l'anno, e cose grandissime.

XXV.

Roma aspra in grandissima liberalità dirà alleluia per breue tempo.

Dopò questi venirà vna bestia grandissima armata con i corni, sotto la quale diranno ouero, ouero, e di nuouo ouero.

DICHIARATIONI DELLA RVOTA.

PRIMO.

E' comune pensiero d'ogn'vno, che la Luna sia più vicina alla terra di tutti li pianeti, laquale in più d'vna portano nell'arme loro i Piccolhomini di Siena, da' quali nato è Pio Secondo. Et mentre che quella più alta si dice farsi, dobbiam per la metonimia intendere, lui ascendere alla dignità Pontificale. Egli prima, fu di somma prudenza presso l'Imperatore, & lo seruì per Segretario, e muore facendo molto apparecchio di guerra contro'l Turco.

II.

Venetia città che nello scudo della sua arme tiene il Lione animale, qual rugge, fu patria di Paolo Secondo. Questi d'aspetto venusto oltra misura, e venerabile si vide essere di presenza.

za. Tosto che ascese alla soprana dignità, leuò molti vffici della corte, & poco amato finì li giorni suoi, aggrauato dall'apoplesia.

III.

Sisto Quarto seguace di S. Francesco, e di dottrina nominato, e famoso, hebbe nell'arme sua un Rouere; ilqual si chiama in questo luogo arbore felice; forse perche ne gli animi di molti, è inuecchiata opinione, gli huomini dell'antico secolo, le ghiande per cibo hauer vsato. Esso quasi per quindeci anni visse, & fu d'animo ostinato.

IIII.

Il Genoesato, qual chiamasi Liguria, per hauer quinci Ligure figliuolo di Fetonte Egittio dominato, & posto il suo seggio, tien Genoa principale tra le sue Città, nella quale Innocentio nacque di parenti nobilissimi di sangue, ma non molto ricchi di douitie. Per lo che di giudicio, e di senno ornato à i seruigi de i Rè di Napoli si pose, da' quali con diuersi gradi si vide esaltarsi. Con disturbi visse nel Ponteficato, e trauagliò più d'un Barone di Roma, & altri confinanti allo stato suo.

V.

Portando nell'arme sua Alessandro Sesto un Bue, viene con ragione con quello à noi descritto. Et è chiamato esso Bue animale piaceuole e mite; poi che questa è una delle molte sue proprietà, c'hauendo la fronte torua, e setolosa, i corni diritti al Cielo, & altri segni di terribil natura, e ferocia; nondi meno la piaceuolezza sua non è poco stimata, mentre di sua volontà si sottopone al giogo, e per solleuare noi dalla fatica rompe le Zolle della terra. Tassaron questo Papa gli huomini, di molta astutia, e che con occhi poco aperti, vedesse gran cose da suoi farsi poco degne; di doue auuenne che la vita sua, fu quasi da niun desiderata.

VI.

Per quello che di sopra detto habbiamo, rettamente Pio Terzo chiamato è Pianta, et che di cibo, e di bere, fu breue, & puerile; posciache non meno che i fanciulli, si vseggono prender

der poco nodrimento; cosi egli in tal dignità morto prestissimo, poco si dice hauer mangiato.

VII.

Li compositori delle historie, con molta copia di parole scriuono, qual'animo hauesse Giulio Secondo, inclinato al guerreggiare; & con qual'arti, li già perduti Tenitori della Chiesa, racquistasse fortemente adoperando l'armi. L'ombra de gl'Imperadori, crediam che stato sia l'aiuto portoli da Massimiliano il primo; ouero i trauagli, che da Lodouico Duodecimo Rè de' Francesi patì atrocemente.

VIII.

E' fatto Rè de gli animali il Lione, col cui nomè intendiamo Lione Decimo, che datosi alla quiete gli affari tralasciò delle cose torbolenti; perilche in molti luoghi il giorno della sua coronatione, si uide posto un Elogio, col quale si chiamaua Auttore di pace. Vide Roma molti studiosi delle arti grauissime, nodriti dalla beneficenza di questo Prencipe, che oltre'l decimo anno uisse, adornato di simile grandezza.

IX.

Morto Lione Decimo, longamente essendo stato uuota la sedia del Papato, finalmente Adriano Cardinal Fiamengo standosene in Spagna, fu assunto da i Padri del collegio, da lui non essendo Roma, anzi l'istessa Italia, mai ueduta. Con ogni sforzo, quando a riformar si pone in quel suo corto reggimento le discordie tra i Principi Fedeli, à correggere la disciplina ecclesiastica, uenne à morte, huomo dotto, religioso, e buono.

X.

Perche mentre il Medico seguendo i canoni dell'arte, per il più, dalle malatie fa libero l'infermo, però il nome di Buono, se gli dè attribuire. Et essendo Clemente della schiatta de' Medici uscito dimostrato uiene con questo Vaticinio, che ambidue con una istessa uoce nomina; & uno in uece dell'altro piglia nel significato, cioè il Medico di Casata, nel Medico de' mali. Onde si dice. I segni, cioè le Palle, & il

nome

nome del Buono, cioè del Medico (intendi) hannosi da uedere di nouuo. Et quando aggiunge, che un'altra uolta li uedremo, auuertisce noi che ci dobbiamo ricordare, qualmente di quel medemo parentato ancor fu Lione il decimo. Il resto di questo Vaticinio è manifesto assai, a pochi essendo isconosciuto, con quante sciagure nel suo Magistrato Clemente habbia contrastato, & come dalla carcere, e da molti trauagli graui afflitto, per non dire soprafatto ei fosse di souerchio.

XI.

De gli odori di gigli, mentione si fa qui in Paolo Terzo huomo di prudente, & acuto intelletto; & che quei portò nell'arme sua. Fu molto auueduto, & assai cose mal menò della Chiesa, separando due Città. Per lustri l'hebbe sposo Roma; ilche è ben detto; poscia che il Sommo Pontefice, prende sposa la Chiesa Catholica, di cui in Roma è la sede. Più di quindeci anni regnò campando, il qual tempo è uita di tre lustri.

XII.

Noue monti posti a tre, a tre fanno l'arme della Casa Monte. Et appo di molti huomini è parere, Giulio affatto, non hauere con l'opre corrisposto alla dignità c'haueua, nè tampoco alla prudenza & esperienza sua, quali, essendo Cardinale pienamente in lui si ritrouaro.

XIII.

L'animale di cui si parla è il Ceruo, qual come grandemente ama gli huomini (ilche vedrassi nella Seconda Parte) così di natura è pauurosa, e timida. Marcello Ceruino, che un simil Ceruo hebbe posto tra molte spiche di formento, risplendette con la bontà, & poiche alla grandezza Ponteficia ei fu assunto muore, non essendo ancor finito il Mese.

XIIII.

Facilmente uengo in questo parere, che Paolo Quarto, detto sia Neue purpurea, perche, mentre alla maestà Ponteficia fu sublimato; era uecchissimo d'età. Vscì del chiostro, essendo egli stato uno di quei, che la religione de' Padri Teatini instituirono.

tuirono. Questi, mentre contra il Re di Spagna fece guerra, turbò l'Italia; e per i misfatti de i Nepoti, essendo con l'animo afflitto, se ne passò all'altra vita.

XV.

Essendo innanzi il Papato Pio Quarto detto Giouan angelo, non gli è fuor di proposito dato il nome di Dottore Beato; essendo che a Giouanni apostolo cotal nome si conuiene, perche conoscitore fu de i secreti del Cielo. Et mentre si fa motto del flagello, accenna Pio douer essere di Milano, per rispetto che Santo Ambrosio padrone di quella città, solito è a dipingersi con la sferza in mano. Indi s'ha il cognome di lui, quando vuole che dar ne debba à noi la medicina. Molte cose adornò, & con la riforma del Concilio, di molte anime ancora fece acquisto.

XVI.

Li dissimili colori, il giallo, & il rosso sono, co' quali lo scudo dell'arme di Pio Quinto vien finito, ò diciamo che sieno il bianco, & il nero da lui portati nell'habito co' padri Domenicani. Questa selua, cioè egli stesso nato nel Bosco, castello in Lombardia, partorì asprezza; quando al Turco, & a gli heretici fece resistenza, e studiò che gli ordini del Concilio fussero esequiti. Queste cose cagionarono, che viuendo egli ci rallegrauamo, & morto lo piangiamo.

XVII.

Con che ragione il nome di Drago conuenga a Gregorio Terzodecimo non è di bisogno di spiegare. Predice, ch'egli presto vscir douea, non perche non morto sia nell'età graue, ma perche all'improuisò, & inaspettatamente. Sostenne graui casi, in molti luoghi, & variamente, essendo la Chiesa trauagliata. Si predice che fuor della cauerna presto egli esce, perche il giorno primo del Conclaue, fu concordeuolmente assunto.

XVIII.

Quando a Sisto Quinto fu dato la sacra mitera, molti rallegrandosi, gli occhi suoi in lui conuertirono, augurandosi di veder

ueder cose importantissime. Egli gran cose fece, delle quali molte apportarono contento à piu persone. Quella congregatione, & riuolgimento delle cose qui nominato, si tiene esser questo, che appresso li Francesi veggiamo ritrouarsi; se però non vorremo dire quel ragunamento esser stato, mentre i Polacchi l'elettione fecero del Re loro.

XIX.

Co'l Lione si mostra Vrbano, perche egli è nato in Roma, città, che al segno del Lione celeste quasi tutta è sottoposta, & da lui riguardata è co' suoi aspetti. Egli partorì dolcezza, mentre gli huomini di speranza riempiuti, aspettauano del suo gouerno nobilissimi & alti effetti. Nel suo breue reggimento cose difficili soffrì per la carestia, per i banditi, & per diuersi affari, con efficace studio da ispedirsi. La mano d'Iddio stette con lui; poiche morendo santamente, della sua bontà lasciò testimoni meriteuoli di laude.

XX.

Presso d'Homero, e di Vergilio, è inditio di sapienza il color mischio tra'l bianco, e'l verde; si come l'azurro, dall'aere chiamato ethereo, fu stimato da gli antichi simbolo della virtù celeste; & il Nero della mestitia, e del dolore. Hora dicendo noi il mischio, & l'azurro conuertirsi in Nero, insegnati siamo che la sapienza, gli ottimi discorsi, & gli spiriti co' quali Gregorio souente al cielo sormontaua, per le continue infermità (che già terminato hanno la sua vita) nel dolore conuertire doueuasi. In questo tempo frequente sarà la morte de gli huomini, come l'esperienza mostra in queste parti, dando timore di peggior cose ancora. Nell'aria già veduti si sono fuochi, come sappiamo nella notte del Venerdì santo.

XXI.

L'arbore, di cui hora si fa memoria sappiamo esser la Noce, la quale nell'arme del suo parentato hebbe Innocentio Nono. Picciola è chiamata, perche egli de' suoi maggiori, non tiene antica nobiltà. Di piu vien detta essere aspera, producendo ella i frutti, & hauendo la corteccia, & le foglie, ruuide,

anzi che molti. Et perche i piu antichi di lui, queſt'arbore ſcegliceſſero, ſappiamo eſſerne ſtato la cagione, per chiamarſi eglino Quei dalla Noce, & non Facchinetti. Nell'aſſuntione di queſto Padre, dicendoſi da molti Oſanba, che è voce d'allegrezza, moſtraſi con quanta gioia dal mondo ſi ſia riceuuta. Et quando, vſar vorremo la detta parola, co'l ſentimento da gli huomini piu inteſo, li domandiamo, che con preſtezza ſouuenga alle ſciagure, che à gli huomini con gran moleſtia ſopraſtanno. Le altre coſe da vederſi fare, con gli effetti loro che ſaranno, conoſceremo alla giornata.

XXII.

Leggaſi anchor qui la dichiaratione di Clemẽte VIII. come di ſopra ſi legge nella Ruota del B. Giodocho.

EX LIBRO

EX LIBRO BEATI IOANNIS ABBATIS

Prophetiæ enarratio de succeſſoribus Pontificum à Martino Quinto vſque ad Antichriſtum.

PRIMVM.

Erigetur Columna fortis, & dirimet ſciſmata, tunc erit pax in Vniuerſo.

II.

Venetus anguis caput extollet. hic fuga, & gladio diſsipabit gentem.

III.

Ex vili agro exibit, & exultabit in cõſpectu eius omnis uiuẽs.

IIII.

Bos erit ab occidente, & oſtendet virtutem ſenectutis ſuæ.

V.

Pietas ſurget ad impios conuertendum, ſed in via cõminuentur viæ eius.

VI.

Barba extollet ſupercilia, & adorabitur in claritate noctis.

VII.

De ruuere mel effluet, & benedicetur nomen eius in ſęcula.

VIII.

Ex Ianua ſua intrabit innocens in ſanctuarium Dei.

IX.

Bellua rubra reuertetur ab occidente, & cornibus eius diſsipabit oues.

X.

Oſtendet Luna ſplendorẽ ſuum, ſed breui tẽpore extinguetur.

XI.

Succedent ſęcula gladium, & augebuntur oues Eccleſiæ.

XII.

Venit Leo ſub pelle agni, & deuorabit oues.

XIII.

Diſcordia à longinquo trahet hominẽ ſtantẽ in ſolitudine ſua.

XIIII.

Circundabitur auaritia, excutietur caput, & à profundo ſurget impius.

XV.

Exultabunt flores sup terrã, & semine suo defloreſcet eccleſia.

XVI.

De mõte ſurget, qui vocabitur impius laborabit, & vincet.

XVII.

Lupi parturient Ceruum, & pſeudo Chriſti diſperdet.

XVIII.

Intrabit velut Draco, ſedebit velut alter Leo īmitis in populo.

XIX.

Emittent denuò odorẽ ſuũ lilia, & aurea tẽpora diu p̃ualebunt.

XX.

Morietur in bello, qui prẽparabit volatũ in pernicię impiorũ.

XXI.

Exorietur ab occidente malũ, & pſeudo Chriſti excitabuntur.

XXII.

Bos denuò exultabit, & dulci boatu reſonabunt tubæ eius.

XXIII.

Succedet bellua vrbanorum, & deuorabit paſcua filiorum.

XXIIII.

Ab Aquilone veniet, intrabit in ſanctuarium, & eccleſia renouabit ſemen ſuum.

XXV.

Explicabit Hydra capita decem, & conuellet in terra ſancta auctorem ſcelerum.

XXVI.

Morientur fame populi, cum creabitur pius, qui diſperdet, & dabit pauperibus.

XXVII.

Extollet arbor fructus ſuos; ſed bellua occidẽtis deuorabit eos

XXVIII.

Exultabit candor abiecti vultus, & cadent facies ſuperborum ante faciem opprimentis.

XXIX.

Erunt ſig[illegible] Solis, & Lunæ cum creabitur homo fortis ſuper omnes principes.

XXX.

Et renouab[illegible]r Eccleſiæ vultus, hoc tempore conculcabitur Antechriſtus.

Et erit in vniuerſo fides, & pax altiſsimi.

FINIS.

DAL LIBRO DEL
B. GIOVANNI ABBATE
Narratione delle Profetie da Martino V. fino ad Antichristo.

PRIMO.

Sarà eretta vna Colonna forte, e tagliarà le scisme; & all'hora sarà pace nell'vniuerso.

II.

Il Serpente Venetiano alzerà il capo. Questo con la fuga, e coltello dissiperà le genti.

III.

Da vn vil territorio vscirà, & farà festa nel suo cospetto ogni viuente.

IIII.

Sarà vn Bue dall'Occidente, e mostrarà la virtù della sua vecchiezza.

V.

La Pietà si leuerà sù à conuertir gli empij; ma nella via si sminuiranno le sue vie.

VI.

La barba alzerà gli sopracigli, e sarà adorata nella chiarezza della notte.

VII.

Dal Rouere venirà fuori il mele, et si benedirà il suo nome ne' secoli.

VIII

Dalla sua porta l'innocente entrarà nel santuario di Dio.

IX.

Vna bestia rossa ritornerà da Occidente, e con li suoi corni dissiparà le pecore.

X.

Mostrarà la Luna il suo splẽdore, ma in breue tẽpo sarà estinto.

XI.

Succederanno gli secoli coltello, & si accresceranno le pecore della Chiesa.

E' venuto

XII.

E' uenuto il leone sotto pelle d agnello, e diuorarà le pecore.

XIII.

La discordia di lontano tirarà l'huomo, che se ne stà nella sua solitudine.

XIIII.

Sarà circondato con l'auaritia; sarà scosso il capo, e dal profondo uenirà fuora l'empio.

XV.

Faranno festa gli fiori sopra la terra, e co'l suo seme sfiorirà la Chiesa.

XVI.

Dal monte sorgerà quello, che sarà detto empio, si affaticherà, e uincerà.

XVII.

I Lupi partoriranno il ceruo, & i falsi profeti saranno dispersi.

XVIII.

Entrarà come Dracone, sederà come un'altro Leone fiero nel popolo.

XIX.

Mandaranno fuori di nuouo l'odor suo i Gigli; e l'indorate tempie lungo tempo preualeranno.

XX.

Morirà nella guerra colui, ilquale ha apparecchiato il suo uolo in dispreggio de gli empij.

XXI.

Nascerà dall'occidente il male, & i falsi profeti sarnano desti.

XXII.

Il Bue di nuouo farà festa, e di dolci muggiti risoneranno le sue trombe.

XXIII.

Succederà la bestia de gli Vrbani, & diuorarà i pascoli de' figliuoli.

XXIIII.

Dall' Aquilone uenirà, entrarà nel santuario, e la Chiesa rinouerà il suo seme.

XXV.

Disuolgerà l'Hidra i dieci capi, e suellerà nella terra santa l'Auttore delle sceleraggini.

Si

XXVI.

Si moriranno di fame i popoli, quando si crearà il pio, ilquale distruggerà, & darà a i poueri.

XXVII.

Produrrà l'albero i suoi frutti; ma la bestia d'Occidente li deuorarà.

XXVIII.

Gioirà il candor del volto abietto, e caderanno le faccie de' superbi innanzi il volto dell'oppressore.

XXIX.

Saranno i segni del Sole, e della Luna; quando si crearà l'huomo forte sopra tutti i Prencipi.

XXX.

Et si rinouerà il volto della Chiesa, in questo tempo sarà conculcato l'Antichristo.

E sarà nell'vniuerso la fede, e la pace dell'Altissimo.

Il Fine delle Ruote, ò Profetie de' Sommi Pontefici.

94-B2567

2 opera in 1 vol.